



**Francisci Monacelli Eugubini J. U. D. Protonotarii
Apostolici, olim Ecclesiæ Venusinæ, ac deinde Æsinatis
Vicarii Generalis, &c. Formularium Legale Practicum Fori
Ecclesiastici**

In Quo Formulæ Expeditionum usufrequentium de his, quæ pertinent ad Officium Judicis nobile, continentur ; Opus Episcopis, Vicariis Generalibus,

Aliisque Iurisdictionem quasi Episcopalem exercentibus: necnon Confessariis, Parochis, Cancellariis, cæterisque in dicto Foro versantibus,
apprimè utile ...

In qua præter formulas Declaratoriarum Censurarum, ponuntur aliæ formulæ, tum Citationum, ac Monitionum pro validitate processuum requisitarum, tum Decretorum, aliorumve actuum ad opportunitatem, & ornatum materiæ incidentium; acceditque in calce Appendix miscellanea, plura, ad Gubernium ...

Monacellus, Franciscus

Venetiis, 1709

Electionis Conservatoris Regularium Form. L.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62433](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62433)

cui sui limites excederet, prout excessit, instetit, & procuravit contra expresa-
sam prohibitionem Constit. Apostolicæ Greg. XV.

Nec non per caput separatum declaratur, & denunciatur suspensus per an-
num ab Officio Conservatoris N. ex quo suas facultates excessit, & nostram ju-
risdictionem læsit, & turbavit. Ut igitur dicit N. ab omnibus evitetur, & abs.
Conservatorem suspensum esse sciatur praesentes &c. Datum &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Actuarius.

V E L

Con autorità ordinaria si dichiara, e denuncia scommunicato N. perche
convenuto nel nostro Tribunale per l'emenda del danno dato da lui stu-
diosamente ne i benid. N. volendo eludere la nostra giurisdizione, è ricorso al
Conservatore d' PP. N. de quali dice esser Colono, & ha procurato, che quella
faccia atti giudiziali non competenti alla di lui giurisdizione, sì come ha fatto,
contro l'elpressa proibizione delle Constitutioni Apostoliche.

Ed in oltre si denuncia sospeso per un anno dall'Officio di Conservatore N.
per havere in d. Causa ecceduto i limiti della sua podestà, eleso, eturbato la
nostra giurisdizione. Che però &c.

N. Vescovo N.

Luogo ✠ del Sigillo.

N. Attuario.

AD NOTATIONES.

ASERTO CONSERVATORE . De modo eligendi , qualitate , durata-
tione , & potestate Conservatoris electi , traditur in hac Constitutione , quam per
extensum dedi tom. I. in Appendix pag.
302. ubi plura circa hæc nota sunt : hic
autem alia , quæ ad censuras in ea infli-
ctas pertinent addenda erunt, præter mo-
dum eligendi .

Regulares propterea quatenus velint gau-
dere privilegio Conservatoriarum eis à
pluribus Summis Pontificibus concessi, te-
nentur Conservatorem habentem requisita
ibi enumerata in singulis Diœcesis eli-
gere, & sibi assumere , & posteà electionis
documentum authenticum penes acta Cu-
riæ Ordinariorum locorum exhibere , &
dimittere: quod si non fecerint, cor. eisdem
Ordinariis convenienti erunt; formula au-
tem talis electionis poterit esse sequens.

F O R M U L A L

CUm inter cætera à Sed. Apostolica Religiosis concessa, hoc unum præci-
puum sit, ut possint sibi eligere Conservatorem, qui Apostolica aucto-
ritate, & jurisdictione valeat, & debeat reprimere, & compescere quam-
cunque personam prædictis Religiosis, eorumque Monasteriis, ac bonis inju-
riam, & violentiam inferentem: hoc sanè privilegio uti volentes, & per-
optantes.

Nos infra scripti PP. Monasterii N. in unum Capitulariter congregati ut
juris

„juris, & moris est, hodiè quæ est... mensis... anni præsentium serie ten-
 „re, & vigore, eligimus, deputamus, nominamus, & constituimus Conserva-
 „torem privilegiorum hujus nostri Monasterii N. & omnium Religiosorum
 „habitantium in eo per Sedem Apostolicam quocunque modo concessorum, &
 „elargitorum, N. J. U. D. Archidiaconum Cathedralis N. in Dignitate Eccle-
 „siaistica constitutum, ac Judicem Synodalem ejusdem Diœcesis, qui valeat pro
 „tuitione, defensione, & manutentione jurum d. Monasterio, & Religiosis
 „competentium, & competiturorum procedere, juxta statuta per Sac. Cano-
 „nes, & Apostolicas Sanctiones hac in remanatis: transferentes in eum, quan-
 „tum in Nobis est, & ad nos pertinet, plenam, & liberam facultatem, &
 „authoritatem similibus Conservatoribus de jure, vel de consuetudine compe-
 „tentem per quinquennium tantum duraturam. In quorum fidem subscripsi-
 „mus manu propria in Conventu S. N. loci N. die, & anno, quo suprà.

Ego Fr. N. Prior Conventus eligo ut suprà.

Ego Fr. N. Magister Sac. Theologiae eligo ut suprà.

Loco ☩ Sigilli Monasterii.

(Et sequantur aliorum subscriptiones.)

3 Advertant præterea Electores quod eligendus non solum debet esse in aliqua dignitate constitutus, sed etiam copulativè requiritur, quod sit Judex Synodalis, ut expressè habetur in hac Constitutione §. 2. ibi. — ita ut Dignitate Ecclesiastica prædicti, vel personatum obtinentes, vel Cathedralium Canonici existant: sed etiam in Concilis Provincialibus, aut Diœcenis juxta Decretum Concilii prædicti Judices electi, scù designati sint. Et ideò Canonici Collegiatæ, etiam si sint in Dignitate constituti, & Doctores, quia constituti non possunt Judices Synodales, in Conservatores eligi non poterunt, ut de veriori Barb. de offic. & pot. Episc. alleg. 106. num. 12. tenet, quem sequitur in pluribus aliis allegatis, Donat. prax. rer. regul. tom. 1. part. 2. tract. 17. de Conservat. quæst. 28. n. 2. 3. & 4. Nisi tamen agatur de Religione Hierosolymitana, quæ ex indulto Alexandri Papæ VII. concessa 17. Maii 1655. personas Ecclesiasticas in Conservatores eligere potest, etiam si in Concilis Provincialibus, vel Diœcenis, Judices designati non sint.

5 Et exequi fecisse. Hoc enim sufficit, ut dici valeat quod Conservator in suis facultatibus excesserit, & penam suspen-

sionis ab officio incurrit: quia cum exercitatio citationis sit actus jurisdictionis contentiose, & de judiciali processu, Fagnan. in cap. conœssi num. 55. de feris. Lædit jurisdictionem Ordinarii: & facta cum comminatione censurarum, infert injuriam, & gravamen irreparabile, ut mederi non possit, nisi per appellationem, Fagnan. in c. super eo il 2. num. 47. de appellat. nisi illico ex ignorantia, & inadvertentia id evenisse constaret, alias scienter fecisse præsumitur, ut in terminis ad vertit Bonacc. de excom. extr. Bull. Cen. disp. 2: quæst. 2. punct. 35. num. 11.

Per Curiam nostram propositam, & oblatam. Quia controversiae, & scanda-
 la, quæ in dies oriuntur inter Conservatores Regularium, & Ordinarios locorum, ut plurimum procedunt ex imperitia eorumdem Conservatorum, ut obseruat Fagn. d. cap. sacerd. num. 55. de for. comp. ideo in d. Const. Gregorii pro-
 visum fuit, quod si quæ inter Judices Conservatores hujusmodi, & locorum Ordinarios controversia super competen-
 tia jurisdictionis orta fuerit: nequaquam (sunt verba Bullæ) in causa procedatur, donec per Arbitros in forma juris electos super jurisdictionis competentia, fuerit

fuerit judicatum: Unde si talis dispositio servabitur, prout servatam hic suppono, clausum erit ostium Scandalis.

8 Hæc autem Arbitrorum electio, quoties ex parte Ordinarii, vel ex parte Conservatoris proponatur, recusari non debet, quia assumuntur de necessitate, & dicuntur Arbitri juris, ut ex recitatibus verbis ibi -- *in forma juris electos*, & habetur quoque dispositum à Conc. Trid. sess. 14. cap. 5. de reform. Pasqualig. ad Lauret. de Franc. p. 1. n. 853. imò puto, quod facta propositione, si respuantur, & negligatur Arbitrorum electio, actus jurisdictionis, electionem recusantis deinde subsecuti, nulli sint: quia verba illa Constitutionis -- *nequaquam in causa procedatur donec &c.* quæ idem important, quod si diceret --

nullo pacto, nullo casu, nulla ex parte, ut docet Barb. d. 272. videntur habere vini præcisæ prohibitionis, & æquipollere clausulæ nullatenus, quæ nullitatem actus ipso jure inducit, idem Barb. d. 226. n. 4. Rot. cor. Dunoz. jun. decif. 732. n. 25. maximè juncta dictione illa *donec*, quæ de per se facit conditionem, Barb. d. 93. n. 12.

Ideoque Ordinarius quoties inter ipsum & Conservatorem de jurisdictione contentio fit, præveniendo inconvenientia, & Scandala, eligat Arbitrum, & postea electionem denunciet Conservatori, ut in illum consentiat, vel alium eligat, cum inhibitionem, nè in causa procedat, donec de pertinentia cognitionis ab Arbitrio electo judicetur; talis autem electio, sic erit facienda judicialiter.

F O R M U L A L I.

Die

„ C omparuit coram Dominatione Vestra Illustrissima Promotor Fiscalis
 „ hujus Curiae, & habita notitia quod N. assertus Conservator PP. N. Ord.
 „ N. Monasterii N. se jactat Censuram inter N. & N. vertentem velle cognoscere
 „ re & judicare & de facto monuit... licet cognitio omnimoda pertineat ad hanc
 „ Curiam, nè eveniant scandala, instat ad formam Constitutionis Greg. XV.
 „ eligi Arbitrum, vel Arbitros, qui prætensionem, & controversiam hanc
 „ jurisdictionis dirimat, & postea electionem factam d. Conservatori intimari
 „ cum inhibitione, nè in causa prædicta audeat procedere sub poenis &c.
 „ Qui Illustrissimus D. attentis expositis, ex parte sua, & hujus Curiae in cau-
 „ sa suprà expressa nominavit, & elegit, nominat, & eligit in Arbitrum N.
 „ J. U. D. qui Judicis partes in d. causa suscipiat, & per suam sententiam serva-
 „ to juris ordine controversiam de competentia jurisdictionis in ea inter hanc
 „ Curiam, & afs. Conservatorum obortam dirimat, & dicto Conservatori in-
 „ timari mandavit cum inhibitione, nè interim nihil innovet sub poenis censu-
 „ rarum, Hac die.....

N. Episcopus N.

N. Actuarius.

Intimationis.

F O R M U L A L II.

„ I ntimetur N. Conservatori asserto Monasterii N. & illius Religiosorum Or-
 „ dinis N. qualiter in Causa. vertente inter N. & N. Curia Episcopalis
 „ elegit, & nominavit in Arbitrum N. Clericum J. U. D. ut in controversia ex-
 „ orta